



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De fine peccaminoso, vel non peccaminoso, paragr. 11

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

§. II.

*De fine peccaminoso, vel non
peccaminoso.*

73 **D**iximus de mediis, dicamus nunc de fine, exemplumque claritatis gratia sit ejusmodi. Sit qui omittat Missam die festo ad finem furandi, vel studēdi; deberne manifestari talis finis in Confessione? Idem solet quæri in quocumque actu commissionis, ut si quis furetur propter adulterium, vel propter studium; deberne studium, & adulterium explicare?

74 Dico, si finis sit ex se pravius; debet explicari; si vero non sit ex se pravius, nequaquam debet. Ratio est quia in priore casu duplex adest specie malitia, in posteriore dumtaxat una. Quare in casibus propositis, si Missam relinquant, vel fureris ut

*a Suar. de
pœn d. 22
sect. 4. n 8
aliquæ
passim.*

stu-

studeas; satis est si dicas, te sacro non interfuisse, vel esse furatum; Si vero ut adulterium patrares, tum furtum, vel Missa, tum adulterium tibi est omnino explicandum.

75 At quando utrumque est aperiendum, potest ne id separatim fieri, in hunc modum: Furatus sum, & insuper habui animum adulterandi? Respondeo in duobus eventibus procedere hoc dubium posset. Primò, in casu, quo, prima vice, e. duo peccata confitearis. Secundò, in casu, quo quia prima vice unum ex his factus es, oblitus inculpabiliter alterius; velis postea, illud, quod oblitus fuisti, confiteri.

b De Lug.
de poenit.
dis 10. n
652. cont.
Suar. de
poen d. 22.
sect. 2. n. 9

76 In priore casu, Dico non posse *b* separatim aperiiri. Ratio est quia non explicares peccatum quod fecisti, sed significares te duo peccata patrasse, quod non est verum; Sacerdos enim dum

dum audit te furatum esse & deinde te voluisse adulterium; ex tuo modo loquendi duo numero peccata concipit te commisisse, cum tamen tu unum numero, cum duplici illa malitia, commiseris.

77 In casu posteriore Dico aperiri posse & separatim: & sic e Sans. l. 4 quia in prima Confessione jam in dec. 18 dixi me verbi gratia furatum esse; satis habuero si in secunda que plures Confessione dicam. Habui animum adulterandi. Ratio est apud Bom. d. 5. de Sacram q. 5. quia jam subdidi clavibus primam malitiam: satis igitur erit sect. 2. p. 2. si postea explicem secundam. Est § 3 disp. 1 autem adhibenda limitatio quæ n. 9. dam, quam mox afferam, n. 81.

78 Dices, At sic significabo me duo peccata commisisse, sicut modo significabam in prima Confessione. Respondeo non ita esse; nam quando illa separatio fit in eadem Confessione; ego ex modo loquendi significo,

me

me duo peccata commisisse: at quando id facio in secunda confessione; non significo me commisisse duo peccata; sed præscindo: possum enim secunda vice confiteri idem peccatum, quod alias sum confessus, atque adeo dum dico, me adulterium voluisse; non significo me adulterium solum voluisse, ut ex modo loquendi significabam in prima Confessione.

§. 12.

An peccatum continens multas specie malitias, dividi in Confessione possit.

79 **E**X proximè dictis solvitur celebris illa, & universalis dubitatio, an malitiæ, seu circumstantiæ, quæ necessario in Confessione sunt explicandæ, aperiri queant separatim; v. g. qui habet votum castitatis,